

sia perché, lontano e salito a maggior fortuna, l'amico non lo spregia, ma anzi, solo fra tutti, lo ha così favorito.

Avrà inteso il V. com'egli, partito da Padova sugli inizi della guerra, abbandonasse poi Venezia.

La guerra gli pareva senza fine: Venezia non gli confaceva e bramava riveder l'amata casa a Padova ed il giardino, da tanti anni sue delizie, ma quel possesso gli fu tolto da uomini avari, né trovò chi difendesse il suo buon diritto.

Perciò se n'andò in volontario esilio, e accettò di reggere la scuola pubblica di Muggia.

Fa l'elogio del vescovo Saltarelli, di cui il V. gli scrisse le lodi,

esaltandone le gentilezze, e fidandosi nel di lui aiuto per l'avvenire.

Invoca pace all'anima di maestro Giovanni,

i cui parenti sono però a lui sconosciuti.

sed scribendi gracia, quanquam situs longe, dignaris. quam benivolenciam eorum quos esse vel meruisse amicos extimavi, simul ac istic sum, nemo indulsit michi. nosti, honorande frater, bellis iam turgentibus, quod divino sine dubio monitu Padua cessi, et plerique etiam me ante multo; tumque audire potuistis recessisse 5 me a loco cuius fortuna in deterius non recidisset; idque michi post ex ipsis etiam noster Zabarella obiecerunt. Deus novit, belli finis tardior michi videbatur, tum quia sospitati officiebat vicium loci, tum quia casam et ortulum, que voluptate precipua colebam, que meis opem studiis opportuna solitudine tulerant, suspirabam. 10 verum avaricia degrassata possessam lustris impendiisque maximis reformatam contra ius fasque ademit. mirum: cum patrocinium inter bonos comiterque vivendo promeruisse favorem putarem, cunctis invenior « factus velut mortuus a corde »⁽¹⁾. quo nimirum factum est ut cum in reproficiscentibus reperiri primarius decre- 15 vissem, sponte michi exilium indixerim; cumque estuarem campestria frondentique solo versari, sedes ista comparuit et poscentibus favi, sed evenit quemadmodum inexpertis solet. quod autem impendio commendas et extollis antistitem Tergestinum, amicicie officium est sed minime opportunum, nam certatim ipsa rura mon- 20 tesque passim eius laudaciones resonant. hactenus venerandus quidem et amandus michi extitit, at multo magis impresenciarum; quin eius adventu erectus animo sum presumpsique fiduciam, sperans fortune presentis solamen et umbraculum futurum. denique magistri Iohannis⁽²⁾ nomen sua noticia sed amplius dignitate tua recolo, 25 queque promittitur et speratur humana vicissitudine ei requiem oro.

vanni la composizione dell'opuscolo *Convencio inter podagram et araneam* (cf. l'epist. CXIII). Il Saltarelli era già morto il 29 aprile 1408; ed il 27 settembre del medesimo anno, il « quondam magister Iohannes » è citato nell'atto di compera d'una schiava Bulgara da parte del figlio Conversino (Cf. H. PREMROU, loc. cit.; F. NOVATI, *Epistolario del Salutati* cit., vol. II, p. 315; R. SABBADINI, op. cit., pp. 110, 113, 117).

(1) Cf. *Psalm.* XXX, 13.

(2) Probabilmente Giovanni di Bologna, già medico condotto di Muggia (cf. l'epist. III, p. 8 nota). L'anno della sua morte c'è ignoto, ma il 27 luglio 1409, Giovanni Lorenzi (« Laurentius ») di Padova è ricordato come « physicus salariatus communis Mugle » (Archiv. Civico di Capodistria, vol. XV, pag. non num.). È verisimile che il V. facesse menzione di Giovanni nella sua lettera perduta.